GREGORIUS MAGNUS
Österreich, 12. Jh.
Seite 87v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26085
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ductus. Nam de secunda hierosolimorum captiuitate subiungit. quarto
decimo anno post quam percussa est ciuitas. Vndecim quippe annis. sedechias
post captiuitatem primam in qua ezechiel propheta cum iechonia rege ductus est.
in ierosolimaq; urbe regnauerat. Post captiuitatem uero eiusdem sedechiae. quae
iam .ii. erat urbis captiuitas. Quarto decimo anno propheta ultimam uisionem
uidebat. Vndecim itaq; et quatuor decim. simul iuncti. faciunt .xxv. uiginti quinq;
Si igitur uisionem primam quinto captiuitatis prioris anno locutus est. itaq;
hanc ultimam .xxv. uicesimo quinto anno facta fuisse describit. profecto patet. quod .xx. annis
locutionis suae moras. usq; adultimae uisionis uerba retendere. Haec mouere
quempiam debet. quod in medio prophetiae suae uolumine. cum de babylonio rege
loquetur .xxvii. uicesimi septimi anni memoriam fecit. Quo in loco cum nihil de tempore suae
captiuitatis interserit. apte demonstrat. quia eius regis tempora describat.
de quo ut propheta ret acceperat. Quod uero ait. in exordio anni .x. mensis. decimi
tempus simpliciter exprimit. ut ex ipso quoq; tempore in corda auditorum.
iuxta litteram uerbi radicem figat. ex qua spiritales fructus post modum proferat.
Notandum uero quod ait. .xiiii. anno. post quam percussa est ciuitas. ipsa hac die. quatto decimo
Quid est enim quod phanc uisionem ultimam omnipotens de ex ipsa die dignatus est. promissi
onis suae miam facere. quadie in percussa ciuitate. iam iustitiae impleuit. nisi
quod illa diuinitatis uis. quae induuersitatis motum & mutabilitatem non ducit.
ea ipsa luce iustitiae afflictos ac poenitentes uiuificat. qua superbientes ac
rigidos percutit. Premisso itaq; uisionis tempore. subiungit. Facta est
super me manus domini. & adduxit me illuc in uisionib; domini. Adduxit me
interea hierlm. et dimisit me super excelsum montem nimis. super quem erat sedi
ficium ciuitatis uergentis ad austrum. Cuius uidelicet ciuitatis edificium.
accipi iuxta litteram nullatenus potest. Nam paulo post subdit. Hoc ipsum
edificium calamo .vi. cubitorum & palmo. Portam uero eiusdem edificii .xiiii. quatuordecim
cubitis mensurata. cui porte frontes esse phibet. .lx. cubitorum. sexaginta Quae cuncta iuxta
litteram nullatenus accipi ualent. Quomodo enim totum simul edificium calamo.
idest .vi. cubitis & palmo mensurat. & porte edificii in .xiiii. cubitis. fron sex
tes uero portarum in .lx. cubitis extenduntur. sexaginta Porta uero in ciuitate est.
frontes in portis. et nulla recipi ratio permittit. quia minus est hoc quod con
tinet abeo quod continet. Inscriptura autem sacra. et ea quae accipi secun
dum hystoriam possunt. plerumq; spiritalitem intelligenda sunt. ut & fides habe
atur in uisitate hystoriae. et spiritalis intelligentia capiat de mysteriis